



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

V. Die Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

P. M A T T H E V S
C U B E R V S.

Marchius
Valcæ. 4.
Mar. 1946.
B. V.

Hic etiam humilitate, ac laboribus
exantlati gradum spiritualium
Coadiutorum ornauit. Hunc iam olim
puerum ægrum, Beatissima Dei Ma-
ter inquisit in somno, & hisce illum

verbis solata est; Convaleces, filii;
per te multa bona operabitur filius
meus. Societati adiunctus, præter alios
plurimos, Patrem, & germanos duos
Orthodoxæ veritati adduxit. Virginis
estate perpetuâ, & propensâ semper
pietate DEIPARAM coluit, ac eo quem
prædixerat die ad immortalium con-
fitionem discessit.

Virginia

V. DIE MARTII.

P. P E T R V S
A L O Y S I V S.

3. Mar. Ma-
latia in Pil-
sario litora
1596.

Tidus.

Dabo de hoc ea quæ in annuis de
illo prescripta sunt. P. Petrus
Aloysius natione Malabares è
Brachmanorum genere, venerat ad si-
dem puer, educatusque in Collegio
S. Pauli. Et fuit indeole, ingenioque
ut ad studia admitteretur; percurrit
quæ suum cursum ad finem usq; Theolo-
giaz, sanè feliciter; sed non minus
ad studia pietatis progressus est. Quip-
pe tanto Deo sese diuinciendi studio
fuit incensus, ut spretâ familia nobis-
litate, cuius Princeps hæres esset, ad
Societatem se adiungere præoptarit,
in qua tanto virtutum exemplo vixit,
ut mirum non sit singularia in ipsum
collata beneficia esse diuinitus. Quip-
pe factus Sacerdos, missus ad huius
oræ iuuandos incolas, vehementer
exemplo viræ & doctrinâ Christianam
rem promouit. Martyrij coronâ do-
natus non est, sed neque illi defuisse
constantiam ad mortem oppetendam,
nec martyrij merito cum defraudare
voluisse diuinum numen, evanta de-
clararunt. Nam cum Patribus ijs qui
montanos tractus incolunt aliquando
opem ferre, vehementiusque diuinam
legem prædicaret, coorti in eum

ethnici aliqui lanceis confoderunt,
letalique vulnera permulta illi im-
postuerunt, quæ ille omnia complicitis
genibus, sublatisque in Cælum mani-
bus libens exceptit. Deum suppliciter
orans, ut tenue illud suæ vitæ Sacrifi-
cium benignus exciperet. Sed nimirum
ea palma non promeritis, ne vi-
ris quidem sanctissimis, sed occulto
coelestis arbitrii iudicio datur, adimi-
turque. Perfunctus illo certamine,
duodecim, tredecimue, horum Chri-
stianorum commodo superuixit annos. Eum tandem ad Cælestia præ-
mia, coelestis Pater euocauit, cum
annum quintum & trigesimum in So-
cietate exegisset.

P. D E S I D E R I V S
C O L I N V S.

Fuit hic vir sui contemptione, ac
prolixâ in leges nostras religione,
tū SS. Sacramenti, & Dei Matris cultu
peregregius. Cum diuinis operaretur
ad preces ad SS. Sacramētum vel DEI-
PARAM exoluerit, fluebant ille faciles,
ac frequētes ex oculis lacrymæ ab in-
flamato animi sensu profectæ. Suprema
illius inualetudo phrenesis erat, quæ
illum de statu mentis deicerat. Sed si
Dei Matris nomen audiret veluti tes-
serata

Gallus Ap-
ej. 3. Mar.
109.
xii. 40.
Soc. 10.

B. V.

seram suæ mentis, ad se confessim redibat: & quicquid demum tametsi permolestum, imperaretur, obedienter exequebatur cum diceret: *Absit ab iste ut ego B. Virginis causa nolim obtemperare.*

P. I O A N N E S
DE VILLALOBOS.

Peruanus.
1. Mar. 1632.
xiiii. 9.
300. 17.

Mortif.

Oenit.

B. U.

Oratio.

Cruix.

Patentia.

Iust. Ant.
5. Mat.
29.
x. 40.
0. 10.

DE hoc in tyrocinio illud prescrip-
tum est elogium, illum ex Nouiorum censu fuisse quos vñquam vi-
llus maximo diuini spiritus ardore fla-
gramtes nouerit. Aiebat, nihil humile, nihil abiectum, excelsa, & plena
dignitatis omnia esse in domo Dei.
Inde ad ardua & humilia propenso
planè animo ferebatur. Semper ami-
ctus cilicio, fœminas nunquam aspi-
ciebat cum conscientes audiret, nec
vñquam inuisebat. Quotidie se fla-
gello cedebat semel, nec raro bis.
DEIPARÆ nomen visus est nunquam
sine temeritatis dulcioris significatio-
ne pronunciare, vel audire. Ante cœ-
nam horæ vnius spatium orandi stu-
dio dabat quotidie. Afflictum illum
non semel allapsa è Cœlo vox solata
est. Et fuit cum mœrore presso, ac
oranti ostendi visa est Crux ingens au-
ditâ voce quæ dicebat: *Bono animo
eo, fili; alia te adhuc manet maior &
magis gravis.* Statim atque in morbum
incident, petitâ Christi Crucis affixi
imagine, affirmatæ dixit; se moritu-
rum, & post præclara patientia in vi-
ta; & morte exercitæ documenta de-
scellit.

P. I O A N N E S
IGNATIUS BEIZAMA.

Sanctimonie opinionem iam inde Hispanus
à tyrocinio adeptus, & B. Aloysio
suppari iudicatus, habuit stimulum ad
virtutem etiam domi sua, ubi eius
germanus religiosè admodum vixit
etiam in seculo, & octo sorores omnes
se in sanctimonialium cœnobia abdi-
dere. Observatum in illo est; eum tara
& despicienter rerum humanarum, &
& oculorum modestiâ eluxisse, vt
cum adhuc in Hispania degeret, nun-
quam in villum vel ædium, vel appa-
rationis exquisita atque magnificæ
ac raræ splendorem oculos suos de-
fixerit, nedum laudarit, vel fuerit
admiratus ea quæ mundi oculus ma-
gno facit. In Peruana Prouincia sancti
cius mores, sanctæ conciones, sancta
colloquia. Et rumore auditio, illum
pro concione dicturum, aiebant alij
alios inuitantes, *Age, Sanctum audi-
amus.* Et verò corda Deo rebellia vali-
dissimè subigebat cum in spiritu &
veritate diceret domi & foris. In ter-
tiæ Probationis anno iussus præstitu-
tâ horâ quamplam arbustalam irri-
gare, obedienter id fecit, etiam cum
imber rueret toto cœlo. Mirantibus,
respondebat: sibi id imperatum, circa
villam cœli ludi aut imbris mentio-
nem. Nemo illum vñquam contra vil-
lum nostræ cuiuscunq; legis apicem
peccare aduertit. Mæsto vultu dolo-
rem testabatur, si sermo non de diu-
nis sereretur; alias lætus.

in Peruanz
Coll. Af-
fempt. 5.
Mæz. 6. 4.

Humblet.

Modestia.

Obedientia.